Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum XVII

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

Eterne reprobacionis est indicium. Unde etiam aug. Tu consolacio sempiterna que solum illis te tribuis qui consolacionem huius mundi pro consolacione tua contempnunt. Nam qui hic consolantur indigni tua consolacione habentur, sed qui hic cruciantur a te consolantur. Et qui participant passionibus participant consolacionibus. Nemo enim potest in utroque seculo consolari nec potest quis hic et in futuro gaudere, sed unam necesse est perdere qui alteram vult possidere. hec aug. Hec igitur premissa bene considerata et divitibus et pauperibus valde sunt necessaria quia et illis dant timorem et istis consolacionem. Audiunt enim divites penas suas et pauperes gaudia sua ut illi terreantur et isti mulceantur. Sed heu parum hec attendimus et memoriam eorum cum sonitu transire permittimus. Oracio.

Domine ihesu christe cum sim omnino pauper virtutibus plenus peccatorum ulceribus mendicans ante ianuam misericordie tue positus cupiens saturari de micis exemplorum que cadunt de mensa divitum filiorum tuorum qui induuntur purpura passionum et epulantur cotidie splendide ferculis virtutum. Veniant canes tui et lingant ulcera peccatorum meorum ut moriens mundo deporter ab angelis in sinum contemplacionis celestium audiam moysen et prophetas faciendo bonum ut e mortuis operibus resurgens sperem vitam habere eternam.

De resuscitacione lazari capitulum xviii

Cum autem esset ihesus cum discipulis trans iordanem in loco ubi iohannes primum baptizaverat contigit lazarum fratrem marie et marthe infirmari in bethania que inde per dietam vel circa distabat. Sorores ergo eius curacionem fratris sui desiderantes miserunt nuncium ad ihesum ut ipsas a dolore et illum a dolore liberaret dicentes Domine ecce quem amas infirmatur.

Nichil amplius mandant et sufficit enim amanti insinuare necessitatem amici absque alicuius peticionis additamento specialiter. Cum enim proximum in necessitate deserit nec ei succurrit amicus eius non est nec eum diligit. Unde aug. Non dixerunt veni et sana, non ausae sunt dicere ibi iube et hic fiet, sed tantum ecce quem amas infirmatur. Quasi dicerent sufficit ut noveris, non enim amas et deseris. Unde et Crisostomus. Per hoc enim ad misericordiam volunt attrahere christum. Ideo autem non venerunt ad christum sed mittunt quia vehementer confidebant de christo et quia a luctu detinebantur. Et secundum theophilum quia mulieres erant quas non decet de facili domum exire. Magnam autem spem de christo habebant, diligebat enim ihesus martham activosam et mariam contemplativam que tristes erant et lazarum qui in figura penitencium languebat quia et ei officium humanitatis sepe exhibuerant. Hoc addit evangelista ad ostendendum quare non oportuit quod martha et maria venirent personaliter ad christum quia christus erat familiaris lazaro et eius sororibus et ibi frequenter veniebat ad hospitandum. Unde aug. Ille languens, iste tristes, omnes dilecti. Habebant ergo spem quia diligebantur ab eo qui erat dolencium consolator, languencium sanator. Spiritualiter lazarus qui interpretatur a deo adiutus penitentes significat vitam. In die enim salutis hoc est in die penitencie quam verus sol illuxit auxiliatur deus et adiuvat. Martha autem provocans interpretatur que significat vitam activam in qua tam virtutis delectacione quam exempli boni ostensione semper homo ad meliora provocatur. Maria vero interpretatur illuminatrix et significat vitam contemplativam qua homo illuminatur et secundum illud apocalipsis amicta sole et luna sub pedibus eius luminare noctis huius vite quod splendorem huius mundi significat sub pedibus proterit. Hec tria sunt que dominus libenter visitat scilicet penitentes activos et contemplativos. Penitentes in gratia opunt-

cionis. acutos in profectu uirtutis et contem
platiuos in puritate ueritatis ¶ Hinc non qui=
li qui xpo plus sunt dilecti quandoque plus infirmantur
et grauiora mala sustinent quam alii Sicut in=
medicus timens de morbo periculoso ut de a=
cuta inducit terciana ut acuta euitetur sic xpc
inducit infirmitates corporales ut morbus
anime periculosus declinetur quia summus proni
ad peccandum et ad malum faciendum Unde
hugo presciens dominus quosdam multa posse no
peccare flagellat eos ne peccent quia utilius
est eis frangi languoribus ad salutem quam
remanere incolumes ad dampnacionem l3 hugo
Hoc attendant hii qui infirmantur uel tribula=
tur ut se corrigant quia ille qui iacit sagit=
tam uel lapidem post signum quanto iacit fre=
quencius tanto propinquius ita quod in fine=
quandoque signum tangit sic post nos qui in mun=
do sumus sagitte signum sumus mors uel deus
iacit frequenter per infirmitates et tribulaciones
sed quanto frequencius iacit post nos tanto dire=
cius et periculosius nisi corrigamur ¶ Cum
ergo dominus per nuncium sororum lazari accepis=
set eum infirmari dixit infirmitas hec non
est ad mortem i. ad detinendum eum in mor=
te sed pro gloria dei scilicet ut glorificetur filius dei
per eam in ostensione sue uirtutis et per re=
suscitacionem lazari declararetur in xpo ueritas
deitatis et hic erat finis infirmitatis et man=
sit adhuc duobus diebus transiordanem in
eodem loco ubi erat expectando mortem lazari
qui eodem die mortuus fuit quo dominus nun=
cium recepit distulit sanare ut posset resusci=
tare Ad maiorem enim miraculi certitudinem
et euidenciam expectauit ut illo quatriduum
compleretur ac mirabilius et gloriosius suscita=
retur Unde Criso. mansit duobus diebus ut
scilicet expiraret et sepeliretur ut nullus posset
dicere quoniam non dum defunctum eum suscita=
uit sed stupor fuit et non mors Et postea iterum
alia dixit discipulis suis lazarus amicus noster dormit
sed uado ut ex sompno exsuscitem eum //

Mortem eius uocat dormicionem et sompnum
quia cito erat surrecturus Unde secundum aug. do=
mino qui poterat suscitare dormiebat alius
mortuus erat quia tam facile ymo facilius
est xpo suscitare mortuum de sepulcro quam
alteri dormientem de lecto. Ubi sciendum no de sompno
quod sompnus accipitur multis modis quandoque pro
sompno nature Unde in Job Securus dormies
quandoque pro sompno mortis Unde apostolus no=
lumus uos ignorare de dormientibus quandoque pro
negligencia Unde in ps Ecce non dormita=
bit neque dormiet quandoque pro sompno culpe
Unde apostolus exurge qui dormis Quandoque pro
quiete contemplacionis Unde in canticis Ego
dormio et cor meum uigilat quandoque pro qui=
ete future glorie Unde in ps In pace in idip=
sum dormiam et requiescam Mors uero dicitur sop=
nus propter spem resurreccionis et ideo mors con=
sueuit appellari dormicio ab eo tempore
quo xpc mortuus est et resurrexit Discipuli
autem intelligentes de sompno dormicionis et ti=
mentes reuerti in iudeam ubi uolebant eum la=
pidare dixerunt ei domine si dormit saluus
erit dormicio enim infirmi signum est salutis
Unde Criso. discipuli autem impedire uolue=
runt eius aduentum in iudeam Unde dixe=
runt domine si dormit saluus erit Solet enim
esse sompnus egrotancium salutis indicium
Quasi dicant si dormit non igitur utile est
quod tu uadas ad excitandum eum Stultum enim
erat ire per tot stadia ut lazarum a sompno
excitaret ¶ Tunc ergo dixit eis ihesus
manifeste lazarus mortuus est et gau=
deo scilicet non de morte eius absolute sed propter
uos i. propter edificacionem et utilitatem uestram quia
non eram ibi ut credatis scilicet amplius et for=
cius quam prius et ex miraculo sumentes ex=
perimentum diuinitatis mee illius renee
in fide magis roboremini eamus ad mortem etiam
ego absens uobis nuncio et reuelo uide no
mirabilem bonitatem ac dileccionem et soller=
ciam domini circa discipulos qui indigo=

bant adhuc maiori robore et virtute secundum
aug. Gaudeo inquit propter vos nam cum illic
non extiterim confert ad maioritatem
fidei vestre quoniam si astitissem egrotantem
curassem quod esset modicum signi ad
mee virtutis indicium. Certum vero me absen-
te superveniente mors potius in fide mea
corroboramini cum videbitis me posse iam
defunctum putrescentem resuscitare. Et
secundum Crisos. dicit hoc ut iam inciperent admi-
rari quia dominus poterat dicere mortuum
quem nec viderat nec audierat et cognoscentes
eum nil latere magis in eum crederent.
¶ Pertransierunt ergo dominus et discipuli
eius et venerunt prope bethaniam que erat
iuxta ierusalem quasi stadiis quindecim de quibus
octo faciunt unum miliare nec statim intra-
vit ostendens se ad miracula facienda
non ingerere et ut probaret devotionem et cari-
tatem sibi occurrentium scilicet marthe et
magdalene ubi dum ad huc essent extra
castellum martha audivit quia ihesus venit
ipsa enim curam domus habebat et ideo primo
annunciatur et adventus christi per aliquem qui eum
prevenerat dimittens que sororem suam et iu-
deos qui de ierusalem et aliis vicinis locis ad con-
solandum eas venerant quia nobiles domine
erant sola vivit et christo fuerunt et devote
occurrit unde crisos. Primo itaque prodit
sorori volens astantes hoc latere quibus
notum fore adventum christi nolebat unde
et Crisos. Non autem assumit sororem obvi-
am christo vadens volt enim singulariter christo loqui
et quod factum est ei annunciare. Cum vero eam
in bonam spem duxit tunc abiit et vocat
mariam. Ita Crisos. ¶ Martha ergo dixit ad
ihesum Domine si fuisses hic localiter presens
frater meus non fuisset mortuus cum mors
locum habere non debeat ubi est vita. Et
post dyalogum de tribus cum domino habi-
tum abiit et vocavit mariam sororem suam
silentio dicens magister adest et vocat te

ubi aug. advertendum quod suppressam vocem
silentium vocavit ideo autem occulte sororem
vocat quia si sensissent iudei christum advenire
recessissent et non fuissent testes miraculi.
Ita aug. ¶ Maria vero ut audivit surgit a
quiete contemplationis cito per desiderium
cordis et venit cum magna devotione ad eum
extra castellum in loco ubi ei martha occur-
rerat. Iudei ergo ierosolimite et alii qui in domo
erant cum vidissent mariam festinanter ab-
ire secuti sunt eam credentes quia iret ad
monumentum ut ibi ploraret et nescientes
quia ihesus illic esset divina autem providentia
factum est ut eam sequerentur quia secundum aug.
hec occasio fecit ut plures ibi essent qui la-
zarus suscitatus est ut tam grande mira-
culum quadriduani mortui resurgentis te-
stes plurimos inveniret. Maria ergo cum
venisset ubi esset ihesus videns eum cecidit cum
devotione ad pedes eius apud quos misericor-
diam et peccatorum veniam se noverat aliis con-
secutam. Et dixit ei sicut et martha dixerat
Domine si fuisses hic non esset mortuus fra-
ter meus. Ex hoc autem quod maria sic festinavit
ad eum patet secundum aug. quod non illam prevenisset
martha si ei notus fuisset adventus ihesu.
Per hoc etiam quod martha et maria obvia-
verunt domino non expectantes adventum
ipsius datur intelligi quod cum volumus deo re-
conciliari debemus ei occurrere per penitentiam
antequam ad nos veniat per vindictam quia nos pec-
catores sumus et meruimus percussionem
et penam cessat autem ut dicit ambro. divina
vindicta si confessio precurrat humana et cum
volumus christo filium eum venientem anticipe-
non expectantes quod ipse nobis condescendat
sed nos potius ad eum festinemus. Ihesus ergo ut
vidit mariam et iudeos qui cum illa vene-
rant plorantes de morte amici fremuit spi-
ritu et turbavit se ipsum humanum demonstrans
affectum in luctu amicorum. Fremebat contra
sonum lugentis emittens turbabatur motus

miseriam conditionis humane considerans
turbavit se quem alius turbare non potu-
it. Nos turbamur ex necessitate ipse autem ex volu-
tate. Sic omnes defectus huiusmodi suscepit quando
voluit unde aug. Turbatus est christus quia
voluit esurivit quia voluit in illius pote-
state erat sic vel sic affici vel non affici. Et non
quod fremitus consurgit ex indignatione ad ob-
iectum. Iste ergo fremitus christi procedebat
ex indignatione eius contra dyabolum per
cuius suggestionem mors intravit in mundum
quem erat cito debellaturus. Turbatio autem illa
procedebat ex compassione lazari et sororum
eius quia ut verus homo ex quadam naturali
affectione flebat cum flentibus ut nos in-
strueret quod aliorum miseriis compati debemus.
Iste tamen passiones et consimiles non fuerunt
in christo viciose sed magis virtuose quia non
erant prevenientes iudicium rationis sed magis
sequentes et per ipsum excitate. Iste vero fre-
mitus et hec turbatio nos docet quod nos quoque
in tali re agere debeamus qui vel pro nobis ipsis
vel pro aliis in peccatis turpiter degentibus dolu-
erimus. Est autem fremitus impetus ire com-
mota prorumpens turbatio vero quedam tris-
tis cum gemitu cordis commotio. Et quia
fides de christo. christus est in corde fremit ille
et turbatur in homine. qui peccator reputat
que bona accepit que mala reddidit et de
peccatis se increpat et reprehendit. ¶ Et di-
xit ubi posuistis eum. Interrogat nec ig-
norat in quo inferre innuit se huiusmodi
peccatorem nescire cuius modi per lazarum
significatur. unde glo. Qui absens sciuit
mortuum sciuit ubi esset sepultus. Sed
sic dicens significat se quasi nescire perditum
hominem unde dicitur non novi vos et adam
ubi es. Dicunt ei. Domine veni et vide. Venit
dominus per compassionem et videt oculis mi-
sericordie quia ut ait aug. videt dominus
quando miseretur. Et affectum suum demonstrans
ihesus lacrimatus est humanitatis ex pie-
tate iusticie docens hominem propter peccatum
fletibus indigere et significans eos qui
peccati morte sopiuntur ut reviviscere que-
ant plangendos esse. Unde alchuinus. Quia
fons pietatis erat flebat pro parte humanita-
tis quem resuscitare poterat per potenciam
divinitatis. Et beda. Quare autem flevit christus
nisi quia flere hominibus docuit. lacrimemus
ergo et nos pro nobis et omnibus illis quos
in fetore viciorum iacere sentimus. si forte
nostris lacrimis nos et eos dominus resuscitare
dignetur. ¶ Et autem ait aug. legitur christus
super lazarum flevisse in orationibus pernoc-
tasse continere fatigatum fuisse numquam autem
risisse aut preperatum fuisse. Unde et Criso.
flentem quidem illum frequenter multies numquam
vero ridentem sed nec leviter saltem subriden-
tem vel gaudentem. Et nota quod dominus non no
flevit lazarum mortuum sed ad huius vite
miserias et erumpnas resuscitandum. Unde
nec pro nostra nec pro aliorum morte tristari
debemus. Quomodo enim ab eo primus honora-
bimur ad quod venimus multi. Nam secundum apostolum
coronam iusticie reddet dominus hiis qui diligunt
adventum eius. Et quod tantopere vitam desi-
deremus in qua quanto magis quis fuerit tan-
to maiori sarcina peccatorum oneratus erit.
vel certe dominus mortem flevit quod homo pec-
cando incurrit ac miserias et erumpnas
humano generi pro culpa inflictas. Si enim
preceptum non preterisset sine dubio mors se-
cuta non fuisset. Secuta est ergo mors
etiam corporis quod precessit mors anime.
¶ Et ille rursum fremens in semetipso e-
tiam indignatus contra maliciam iudeorum
de sanctis suis inique murmurantium [fictis]
venit motus ira et impulsus compassione
ad monumentum quod erat spelunca lapis
lapidem suppositum. Et dicitur monumentum no
quasi monens mentem scilicet illius qui aspicit
ut pro anima sepulti oret ac de morte propria
precogitet et ad eandem se disponat

Rursus fremuit ut det intelligere eos qui
a pctis debent resurgere in continuo luc-
tu persistere scdm illud psalmiste tota die
contristatus ingrediebar. Sepe ergo se
ploret pastor sepe fremat xpc et turbet
in homine si vult reuiuiscere. Et iussit ihc
tolli lapidem suppositum ut oms videret
mortuum fetidum et corruptum. Cz co-
tendebat martha dicens ad eu domine
iaz fetet quadriduanus eni est. Timebat
remoto lapide pocius fetorem excitari q
fratrem resuscitari. Quasi diceret licz ali-
quando mortui resuscitati sint recenter
et post paululum tamen q iaz quadridu-
anus ex fetore solutus resuscitet non
est sic auditum. Et hoc videt processisse
ex admiracoe marthe et eius ignoranci
a quia eiusdem virtutis est suscitare re-
cente mortuu et quadriduanu. Vide mi-
rabilem amorem istarum sororum erga
dominu ihm nolebat eni q eciaz fetor
nares eius tangeret admodicu. Deinde
sublato lapide ihc eleuatis oculis i celu
pri pro exaudicoe sua gracias egit ad
fidei edificacoz ut circumstantes h audi-
entes et virtutem dei in eo videntes cre-
derent eum dei filium. Vnde hilar. Non pre
eguit nobis orauit ne filius ignoraret.
Cum eni sibi non proficeret deprecacois
scmo ad profcm tamen nre fidei loquebat
non inops ergo auxilii sz nos sumus inopes
doctrine. Ideo eciaz orauit ut in necitatibus
ad oracois suffragiu esse recurrendum
nos doceret. Et nondum q orare patrez
et exaudiri conuenit xpo racoe humanitatis
in qua est minor patre non aut racione
diuinitatis in qua est ei equalis. Vir-
tutis vero gras pro exaudicoe egit quia
iaz se exauditu congnouit. Vnde Orig.
Erat eni oraturus pro resurreccoe lazari
sz preueniens illius oracoz qui solus bo

pater est exaudiuit dicenda pro implecoe
ergo oracois subdit graciarum accoes di
cens. Pater gracias tibi ago quoniaz audisti
me. hec Orig. Per hoc q ihus oculos le-
uat in celu ostendit nobis forma orandi q
est per eleuacoz mentis in deu. Vnde mo-
nimur ut in oracoe leuemus sursum ad
deum oculos mentis nre erigendo et re-
mouendo illos a pntibus rebus memoria
cogitacoe et intencoe. Oculos eciaz ad deu
leuamus qn non confidentes de meritis
nris de sola dei mia speram. Per hoc aut
q in pncio oracois gras agit dat nobis ex-
emplum ut cum orare volum antequa
futura petamus pro receptis bnficiis deo
gracias referam. Deus eni ex graciaz acoe
de pteritis prouocat ad prestanda bnficia
sequncia facilius. Deinde voce magna
potius virtute q clamois intensione cla-
mauit lazare veni foras. Sz quatu ad cor-
pus de sepulchro et qntu ad aiaz de infer-
no et sic lazarum vocis sue virtute sus-
citauit ubi scdm Orig. est considerandum
q mora tollendi lapidem ad iacentem ex
sorore defuncti tanta est et ideo tam diu
resuscitaco fratris dilata est q diu xpm
per verba detinuit sz statim cum xpi ma-
datum obediendo exequit frater resusci-
tatur ut per hoc discam nichil interponere
mo iussa xpi et execucoz ipoz si cupim
q statim sequatur salutis effctus scdm
illud psalmiste in auditu auris obedi-
uit michi. Et nota q vox xpi magna di-
citur ppt virtutis magnitudinem nam
tanta virtus eius fuit q suscitauit laza-
rum a morte qmadmodum suscitat dor-
miens a sompno vel sopore. Vox eciaz ista
magna representatiua est illius vocis ma-
gne que erit in con tine per q oms de mo-
numentis resuscitabunt. Tanta eni erat
virtus huius vocis xpi ut absqz temporis

duacoe uitaz conferret sicut erit in fine cōi
qn in ictu oculi mortui audientes tubaz re
surgent ¶ Clamauit mag̃ lazare ueni foras
q̄ sm aug. ideo ex ppro noie uocat quia
tanta erit uirtus uocis eius q̄ nisi omnes
mortui cogentur exire nisi per expressioz
nois uirtutem suaz ad unu̅ detraxisset Et no
solum suscitatus est lazarus s̃ pdiit et exi
uit licz esset ligatus manus et pedes instias
i. fasciis quibus antiqui mortuos inuolue
bant et facies eius sudario ligata erat ne s̃
honorem faceret In quo uirtus diuina et
miraculi certitudo declaratur ideo eni̅ liga
tum et copertum resurgere iussit ut mira
culum magis approbaretur Unde dominus
discipulis precepit ut eum qui foris liga
tus apparebat soluerent et sinerent abire ut
per opera uite ostenderetur uere suscitatus
et non fantastice ¶ Hic est notandum q̄ mors
aie est aie a deo derelictio dampnosa quod
fit per pctm mortale quo deus expellitur
ab aia Unde sm aug. mors aie fit cum dese
rit eam deus sicut corporis cum id deserit a
nima Quatuor aut̃ progressibus mors aie
perficitur et sc̃ quadriduanus mortuus dici
meretur prima est q̄i titillacio delectationis mor
de Secunda consensio tertia sctm quarta
consuetudo Sz deus ab hac morte aiaz ad
uitam resuscitat per graz qua aia deo recon
ciliatur Unde sicut corpus uiuit ex coniunc
tione aie sic aia dicit̃ uiuere ex unione dei
per graz et hec uiuificatio significat̃ in re
suscitacoe lazari de sepulcro In resuscitacoe
eni̅ lazari plura facta sunt que mistice ad
resuscitacoz peccatoris concurrunt Nam eo
ordine cotidie peccator resuscitat̃ quo laza
rus resuscitatus dicitur et talis fit cotidie
processus in resuscitacoe aie a morte pcti
qualis fuit in resuscitacoe lazari de fetore
sepulchri ¶ Primu̅ ergo quod requirit̃ ad
resuscitacoz peccatoris est noticia diuina
actualis qua deus respicit peccatorem

in aliquo tempore certo et hoc significat̃
per hoc q̄ sorores lazari miserunt nunciu̅
ad ihm sibi de infirmitate lazari notifica
do ¶ Secundum est auxiliu̅ quod deus
porrigit homini ut liberum arbitriu̅ mo
ueatur in deum ut aia per pctm a deo auer
sa conuertatur s̃ ad ipm non eni̅ est uolentis
uelle nec currentis currere s̃ miserentis dei
hec donare ideo requiritur auxiliu̅ diuinum
ut nos melius ad graz disponamus et hec
porrectio diuini auxilii significat̃ per hoc
q̄ ihc ad lazarum ire est dignatus ¶ Ter
tium est motus liberi arbitrii nri quia sm
aug. licz deus creauit te sine te non tamē
iustificabit te sine te et ideo ex parte nri
requiritur motus liberi arbitrii qui duplex
est unus quo mouet̃ super pctm ut scz
pctm displiceat Alius quo mouet̃ in deum
per fidem et spem quo deu̅ sibi reconciliari
desideret et hii duo motus notantur per oc
cursum duarum sororum scz marthe et
marie Ita q̄ primus motus intelligat̃ per
martham que prior occurrit secundus
per mariaz que uenit uocata p marthaz
sic eni̅ hic ex primo motu prouocatur secūdus
¶ Quartu̅ est cognicio pcti in qua deus
querendo reducat hominem ut homo se cog
noscere studeat q̄ deus querendo q̄i nescire
se significat et hoc significat̃ per hoc q̄
interrogauit ubi eum posuerunt ¶ Quintu̅
est gra contricois que sequit̃ motuz liberi
arbitrii et cognicoz pcti et hoc significat̃
per lacrimacoz xpi que quidem lacrime pro
cesserunt ex fonte diuine misericordie et hiis
lacrimis cotidie peccator perfundit̃ cum sibi
hec gra infundit̃ xpc eni̅ non est lacrimatus
pro morte lazari corporali s̃ pro morte
peccatoris spuali que in lazaro representabat̃
Caueat ergo peccator ne lacrimas xpi con
tempnendo graz xpi euacuet s̃ potius cū
xpo flente pcta sua defleat et sic effectu̅
lacrimarum xpi suscipiat ¶ Sextum

et propositum cavendi peccata in futurum et hoc notatur in eo quod precepit amoveri lapidem. Tunc enim lapis de sepulcro tollitur cum duricies propositi peccandi et moles male consuetudinis de corde amovetur. Et cum lapis deponitur tunc feditas cadaveris detegitur. Unde dixit martha domine iam fetet. Sic duricie cordis amota videtur vilitas peccati ex quo sequitur peccati abhominacio et concipitur propositum ulterius non peccandi. ¶ Septimum est gratie infusio qua iustificatur impius et hoc notatur cum clamavit voce magna dicens lazare veni foras. Clamor magnus signat magnitudinem divine virtutis que exigitur in iustificacione impii quia secundum augustinum maior est iustificacio impii quam creacio celi et terre. Hoc etiam magna clamavit quia difficile surgit quem moles male consuetudinis premit sed tamen post magnam vocem surgit id est per magnam dei graciam vivificatur et iustificatur dum penitet. Datur etiam per hoc intelligi quod christus vocat peccatorem foras exire de occultacione peccati et de occultacione eius per confessionem faciendam sacerdoti. ¶ Octavum ergo est peccatorum confessio quam deus administrat voce magna clamando id est magna gracia vocando et hoc notatur in eo quod lazarus prodiit de sepulcro. Prodire enim est de occulto per confessionem venire. Sed adhuc peccator non est totaliter solutus antequam superveniat absolucio sacerdotis quod significatur per hoc quod prodiit ligatis manibus et pedibus. ¶ Nonum ergo est sacramentalis absolucio que significatur per hoc quod christus dixit discipulis solvite eum. Potuisset quidem immediate simplici verbo ipsum met solvere sicut fecit ipsum de monumento prodire sed voluit suos discipulos in hoc cooperatores habere quia vult hoc misterium sacerdotalibus committere. Suscitat ihesus quia per se ipsum vivificat interius. Solvunt discipuli quia misterio sacerdotum absolvuntur vivificati. Christus enim per se intus vivificat, ministris

potestatem solvendi tribuit. Mortuus ergo procedens ad hoc ligatus est confitens adhuc reus. Ut autem absolvantur peccata eius ministris mandatur ut illum solvant. Sic ergo dominus lazarum suscitavit prius quam a discipulis solveretur. Sic in contricione peccatum dimittit et peccatorem vivificat prius quam a sacerdote absolvatur, cui tamen postea se ostendere tenetur. ¶ Decimum et ultimum est satisfactio que significatur in hoc quod ihesus subdidit et sinite eum abire. Non dixit sinite eum ad sepulcrum redire. Sic sacerdos debet principaliter pro satisfactione iniungere homini quod de sepulcro et profundo peccatorum et male consuetudinis longe abeat et nullatenus redeat et amplius non peccet. Dixit enim sinite abire, non stare vel iacere. Talis enim absolutus a peccatis non debet iacere vel stare sine exercicio spirituali quia in via dei stare retrocedere est, sed debet ambulare de virtute in virtutem. ¶ Item infirmus per lazarum languentem significatur etiam peccator gravem temptacionem paciens et per eius sorores persone pro eius alleviacione devote christum precantes que non semper exaudiuntur, sed talis paciens aliquando per actum peccati mortalis mori permittitur ab eo qui est tante bonitatis et potencie quod scit et potest bona de malis elicere. In hoc autem quod dominus vadit ad eum suscitandum ostenditur eius clemencia in gratuitum homines in peccatis existentes et quasi mortuos ac per se ad eum accedere non valentes misericorditer preveniendo attrahit et peccatorem non solum mortuum per culpam sed etiam aliquando fetentem per infamiam et sepultum sub lapide per obstinacionem sic reducit ad vitam gracie quod non solum tollitur obstinacio et mors culpe sed etiam fetor infamie et reducitur suavis odor bone fame. Nulla enim desperacioni datur occasio cum lazarus iam fetens et quatriduanus resurrexit a mortuis et monumento. Locus autem infirmi erat bethania que interpretatur domus obediencie

per quod datur intelligi quod infirmus sit deo obediens pro abeo de facili curari. Et secundum aug. in bethania quod domus obedientie interpretatur lazarum ostendens suscitauit. omnes qui bone voluntatis studio huic mundo morientes in sinu obedientie requiescunt in vitam eternam a deo resuscitandos. Ista autem bethania erat marthe et marie per quas duplex vita scilicet actiua et contemplatiua significatur ut sit per hoc intelligi detur quod per obedientiam homo perfectus in vita actiua et contemplatiua redditur. Dicitur autem de lazaro quod postea nunquam risit nunquam in gestu signa iocosa ostendit pro eo quod vite huius erumpnis quas moriens euaserat redditus fuit magis enim quam ante fuerit amator vite illius penitebat eum vite istius. Unde aug. O si possemus excitare homines et cum ipsis pariter excitari ut tales essemus amatores vite permanentis quales sunt homines amatores vite fugientis. Creditur autem hoc factum eadem die qua in ecclesia solet legi scilicet feria sexta ante dominicam de passione domini. Monumentum vero lazari demonstrat ecclesia ibidem in honore beate marie magdalene constructa et grande monasterium magna oliuarum silua circumdatum ubi erat abbatia sancti lazari cum abbatissa et monialibus ordinis sancti benedicti. Multi ergo iudeorum qui videant miracula que fecit ihesus crediderunt in eum nec mirum quia illud signum fuit diuine virtutis manifeste ostensiuum et tale miraculum non est a seculo auditum scilicet quod mortuus quatriduanus in monumento resuscitaretur ad vitam. Unde secundum aug. excedit omne miraculum quod ihesus circa lazarum fecit quem ab ipso inferni inquilino destructa lege tartarea redire ad superos iussit. Quidam autem ex ipsis iudeis abierunt eadem die ad phariseos et nunciauerunt eis que fecit ihesus et celebris erat sermo de eo apud multos. Illi bono alii malo zelo moti nunciauerunt quia sicut exsanguinis iustis boni conuertuntur et proficiunt ita frequenter mali obdurantur et deficiunt. Boni quidem nunciauerunt eis ut mitigarent eos circa ihesum et prouocando ut crederent. mali vero ut concitarent eos circa ihesum et prodendo ut sequerentur. Per bonos illi significantur qui bona in aliis sicut in se amant et omnia in bonum interpretantur. Per malos autem illi qui videntes fauorum dei opera odiis inserunt et infamare conantur.

Oracio

Ihesu benignissime qui quatriduanum lazarum iam fetentem a sepulcro resuscitasti et a vinculis soluere ac liberum abire fecisti moueatur obsecro viscera misericordie tue super me miserum peccati delectatione oppressum et perpetratione mortuum mole male consuetudinis pressum et sepultum iam quasi quatriduanum et fetidum et me a sepulcro viciorum resuscita ut per confessionem foras veniam resuscitatum a vinculis peccatorum et mortis solue solutum ab omni seruitute peccati liberum in libertatem glorie filiorum dei ire concede. De conspiratione pontificum et phariseorum contra ihesum xxxiiij c.

Pro dicto itaque miraculo de suscitatione lazari publicato pontifices qui erant maioris auctoritatis et magis literati et pharisei qui videbantur pre aliis religiosi ex quibus secundum eorum grauius erat moti sunt ad tractandum publice de morte christi ex ira et inuidia quam de fama et gloria eius habebant et ad hoc faciendum collegerunt concilium sabbato mox sequenti aduersus ihesum timentes si dimitterent eum sic viuentem et signa talia facientem per ipsum amittere et locum et gentem eo quod omnis turba post eum iret et quia crederet et ipse sacra eorum vana et abolenda esse doceret. Concilium a conciliando est dictum quia conciliati et congregati erant in unum malum consilium. Et hoc erat primum concilium quod habuerunt contra ihesum prius quidem querebant eum